Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 865
Quelle:
Copyright:

Hieronymum, ex editis numero LXXIII. De quibus quaedam adnotare visum. Inscriptio miniata est: *Incipiunt Epistole beatissimi Ieronimi doctoris eximij ad diuersas personas. Fol.* 16. Epistola ad *Amandum* Presb. (*Vallarsii* T. I. *col.* 293.) secta est in *duas*, ita, ut a verbis: *Propositio fuit de eadem epistola pauli apostoli* &c. nova incipiat hoc rubro: *Epistolaris responsio ad amandum.* Id, quod et in aliis *Codd.* observatum testantur Edita *l. cit. Fol.* 24. inserta est *Epistola sacre sentencie Theodocij*, Cento praeceptorum moralium ad modum *Capitulorum Johannis Carpathior.* Ep. *Theodori Studitae* &c. qui incipit: *Perfectus homo est, qui seipsum cognoverit* &c. et finit: *mei memores semper estote.* Quis hic *Theodocius* s. *Theodosius?* Eod. *fol.* p. 2. rubro: *Caput de ewangelio luce interpretatum Ad galasiam.* hoc initio: *Quaestiuncülam proposuisti qui sit uillicus iniquitatis* &c. Est *Quaestio* VI. ex XI. ab *Algasia Hieronymo* propositis, habeturque in edit. *suprac. col.* 843. *Fol.* 48. p. 2. Epistola spuria *Hieronymi ad Tyrasium super morte Filiae.* In edit. T. XI. *col.* 261. *Fol.* 52. Liber *adversus Vigilancium.* In edit. T. II. *col.* 387. *Fol.* 55. Epistola *ad Oceanum de uita clericorum.* In edit. rejecta ad T. XI. *col.* 270. *Fol.* 96. Integra *ad Algasiam de Quaestionibus XI.* Epistola, e qua supra, ut dixi, sola *Quaestio* VI. antecessit. *Fol.* 112. p. 2. *De homine penitente adhuc in seculo manente.* Epistola in edit. rejecta ad T. XI. *col.* 230. *Fol.* 113. p. 2. *Ad demetriadem virginem christi ultimam.* Epistola ab Editoribus *Pelagio* tributa et reposita ad T. XI. *col.* 1. Ad calcem: *Explicit et finitum est Anno domini Mill. CCCC 58 In die sanctissimi leonardi per fratrem Conradum.*

II. *fol.* 123. *Incipit Expositio beati Augustini episcopi super Epistolam. S. Johannis apostoli et ewangeliste.* Initium: *Meminit sanctitas vestra ewangelium Secundum iohannem* &c. Legitur edit. *Maurianae* T. III. P. 2. *col.* 825. X. *Tractatibus* comprehensa, qui, ut Editores notant, in *Codd.* passim *Sermones* vel *Homiliae* audiunt. In nostro ante singulos minio diligenter notatur, qua *Paschatis* feria ad populum prolati fuerint.

Hos Tractatus, ut praevius *Index* docet, olim in *Codice* sequebatur Scriptum *Henrici de Hassia* de *Antichristo et Schismate contra Theoloforum* (Telesphorum eremitam) sed jam ante *Seb. Tengnagelii* tempora evulsum fuerat.

III. *fol.* 158. *Augustini* Sermones varii XXXVII. quorum Primus rubro notatur: *Omelia XXVI. b. augustini. ut silencium sit in ecclesia*, et a *Maurianis* rejectus est in *append. T. V. col.* 504. ut *Caesarii. Omelia XXXI. de eo quod dicit meum est aurum et argentum fol.* 166. p. 2. initio et fine mutila est. Integra extat edit. *Maur. T. V. col.* 276. *Om.*